



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Aginni Nitiobrigvm In Aqvitania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Alumno subcinericio, hæredique ex asseposthimo. Rom. Iuris à summis conditoribus Interpreti primo & ultimo; cui quicquid puræ naturæque lucis & scientiæ vndecunque accessit, ætas sua debet; postera etiam, si quæ legum cura manet, debitura est. P. PITHÆVS P. F. Doctori bene de se, bene de litteris omnibus merito M. P.

Vale CUIACI, nos te ordine, quem Deus & Natura iusserit, cuncti sequemur.



AGINNI NITIO-  
BRIGVM IN AQVI-  
TANIA.

*In Ecclesia fratrum Augustinianorum.*

IVLII CAESARIS SCALIGERI, QVOD  
FVIT.

Obijt anno CIO. IO. LVIII. XII. Kal. Nouembri  
ætatis suæ LXXV.

**E**Xtulit Italia, eduxit Germania, IVLII  
Vltima SCALIGERI funera Gallus habet.  
Hinc Phœbi doctes, hinc duri robora Martis  
Reddere non potuit nobiliore loco.

**F**IVLIVS CAESAR ANIMAE SVAE  
PROFECTVRAE.

Egredere, ô miseris multum defuncta ruinis,  
Egredere, & seruis seruilia regna relinque.  
Aude, hospes, tenebris horrendi imponere finem  
Exilij, & patria speratas querere sedes.  
Tristes exuuia, falsæq; incommoda lucis,

*Isthis*

ANDEGAVENSIA.

645

Ist' hic nunc fera turba iace. nos libera cali  
Pignora sperato iam iam potiemur Olympo.  
Tu modò, nate Deo, rerum pia victima, IESV,  
Aspice nos, qui cuncta animas spes vnica: mortem  
Exue morte nouâ, atq; nouâ vita indue vitam.

M. ANT. MVRETVS IN IVL. CAES.  
SCALIGERVM.

Eminus aetherij collucens luminis aura,  
Qua radios toto disicis orbe tuos,  
Certaq; cognati retinens commercia cali,  
Tunc etiam cum te deprimis astra vides:  
Hæc tibi pauca tui mirator maximus offert  
Carmina, at indoctâ non bene ducta manu.  
Si liceat, tibi templâ simul positurus, & aras:  
Vsq; adeo numen suspicit ille tuum.  
At tibi pro templo calum est humus ara: nec ipse  
Iam renuit, quin sit victima sacra tibi.



ANDEGAVENSIA,

IN MAVRICII.

IOAN. OLIVARI EPISCOPI ANDEGAVEN.

IANVS Oliuarius iaceo hic sub marmore duro,  
Istius adis eram præsul & immeritus.  
Peccavi fateor (quis enim offendisse negabit?)  
Ast venia in Christo spes mihi firma fuit.  
Qui nostrum gratis absterfit morte reatum,  
Et nos non nostris iustificat meritâ.  
Hanc spem vos fratres precibus votisq; iuuate,  
Manibus vt nostris pax sit & alta quies.

ss 4

Ac mot-